M0010338: Page from Seneca: Epistolae. Opera philosophica, 1492

Publication/Creation

21 November 1947

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/tjfdn54w

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

PROLOGVS BEATI HIERONYMI SVPER EPISTOLIS PAVLI AD SENECAM ET SENECAE AD PAVLVM INCIPIT.

Vcius Anneus Seneca Cordubenſis: Fotini ſtoici diſcipulus: Patruus Lucani Poetæ: conti
nentiſſimæ uitæ fuit. Quem non ponerem in catalogo ſanctorum: niſi me illæ epiſtolæ
l prouocarent: quæ leguntur a plurimis: Pauli ad Senecam: & Senecæ ad Paulum. In quibꝰ
cum eſſet Neronis magiſter & illius temporis potentiſſimus: optare ſe dicit eius eſſe loci
apud ſuos: cuius ſit Paulus apud Chriſtianos. Hic autem ante biēnium q̄ Petrus & Paulus
martyrio coronarentur: a Nerone interfectus eſt.

Incipit epiſtola Senecæ ad Paulum.

Redo tibi Paule nunciatum: ꝙ heri cum Lucillo noſtro de apocriſi & aliis rebus habuimus. Erant
c enim quidam diſciplinarum tuarum comites mecum. Nam in hortos Saluſtianos ſeceſſeramus:
quo in loco occaſione noſtra alio tendētes: hi de quibus dixi: uiſus nobis adiuncti ſunt. Certe ꝙ
tui præſentiam optamus. Et hoc ſcias uolo: libello tuo lecto: ideſt de plurimis litteris aliquas epiſtolas: ꝗs
ad aliquam ciuitatem: ſeu caput prouinciæ direxiſti: mira exhortatione uitam moralem cōtinentes: uſqꝫ
refecti ſumus. Quos ſenſus non puto ex te dictos: ſed per te. certe aliquando ex te & per te. Tanta enim
maieſtas earum eſt rerum: tantaqꝫ generoſitate clarent: ut uix ſuffecturas putem ætates hominum: qui-
bus inſtitui perficiqꝫ poſſint. Bene te ualere frater cupio. Vale.

Seneca Paulus Salutem

Itteras tuas hilaris heri accepi. ad quas reſcribere ſtatim potui: ſi præſentiam iuuenis: quem ad te
l miſſurus eram: habuiſſem. Scis enim quando: & per quem: & quo tempore: & cui quid dari com
mittiqꝫ debeat. Rogo ergo ne putes neglectum: dum perſone qualitatem inſpicio: ſed ꝙ litteris
meis nos bene acceptos alicui ſcribis. fœlicē me arbitror tanti uiri iudicio. Neqꝫ enim hoc diceris Cēſor
ſophiſta: magiſter tanti principis etiā omnium: niſi quia uere dicis. Opto te diu bene ualere.

Seneca Paulo Salutem.

Vædam uolumina ordinaui. & diuiſionibus ſuis ſtatum eis dedi. Ea quoqꝫ legere Cæſari ſum de-
q ſtinatus. & ſi modo ſors proſpere ānuerit: eris forſitan & tu præſens. Sin alias: reddam tibi diem:
ut inuicem hoc opus inſpiciamus: & poſſumus non prius ædere ei hanc ſcripturam: niſi prius tecū
conferam: ſi modo impune hoc fieri potuiſſet: ut ſcires & te non præteriti. Vale Paule chariſſime.

Senecæ Paulus Salutem.